



VII. Bericht

über das

Progymnasium zu Neumark^{w./pr.}

und die mit demselben verbundene Vorschule

für das Schuljahr 1877—78,

mit welchem zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler aller Klassen

am 4. Oktober 1878,

von 9 Uhr Vormittags und 3 Uhr Nachmittags ab,

im Namen des Lehrer-Collegiums

ganz ergebenst einlädet

A. Scotland,
Progymnasial-Rektor.

Inhalt:

- 1) De comparationum et translationum usu Sophocleo. Pars I.
Vom ordentlichen Lehrer Lueck.
- 2) Schulnachrichten. Von dem Unterzeichneten.



Neumark, 1878.

Buchdruckerei von S. Köpke.

1878. Progr. Nro. 21.



1911 2 26 2 30

10. 動植物の生物学的・生物統計的・生物統計的

生物学的・生物統計的・生物統計的

tae brevitate minima, non enim haec ipsa esse debet nisi per se, sed ut sit pars deinde, quae est pars, et non pars deinde, quae est pars. Quae vero esse esse debet, non potest, nisi per se, sed ut sit pars deinde, quae est pars, et non pars deinde, quae est pars.

De comparationum et translationum usu Sophocleo.

Pars prior.

Comparationibus et translationibus a poetis ad exornandam illustrandamque orationem adhibitis plurimum tribuendum esse in natura et indeole eorum cognoscenda studiorumque quibus dediti sint ratione patefacienda quam ab aliis tum ab Eduardo Muellero, viro elegantissimi iudicii, plane et distincte expositum est in commentatione quae inscribitur „ueber Sophocleische Naturanschauung“ (*). Ibi postquam vir doctissimus demonstravit, veteres poetas tragicos et in ipso fabulae argumento, quod plerumque antiquitus traditum fuisse, pertractando et in personarum moribus describendis semper intra angustiores quosdam fines ac terminos compulsos fuisse, ut quid ex antiquis fabulis deproporsiissent, quid ipsi invenissent aut innovassent nisi perraro dijudicari iam non posset, de imaginibus translationibusque quibus usi sint in hunc fere modum disserit: Certa quaedam, inquit, regio est, in qua summa et prope absoluta libertate poetae versari licet, immensa quaedam copia cogitationum, quae vel totae ipsius ingeao debent nec ullo modo ex argumento aliunde assumpto repetitae sunt. Hae vero sunt imagines et translationes, quibus poeta quae mente concepit tanquam sensibus subicit oculisque nostris proponit. Ex iis certissime cognosci potest, quo animus poetae nullis iam argumenti cancellis circumscripitus aut coercitus naturali quadam studio deducatur ac sese inclinet, ex iis appareat, qua vitae ratione poeta usus sit, quarum rerum cognitione studioque imbutus, quarum destitutus fuerit; quas igitur praesertim imagines, quas translationes ex ingenti illa copia undique affluente poeta deligat atque usurpet, quibus effingendis summam curam ac diligentiam insumat, quas splendidissimis coloribus exornet, accuratissime observandum erit, si de propria ac singulari qua fuerit animi ingeniique natura et indeole rectum et sincerum facere volemus iudicium**).

*) Commentatio palmaris neque cuiquam qui ad Sophoclis tragoeidas penitus cognoscendas studia sua conferet praetermittenda inserta est libello anniversario Liegnicensi a. 1842.

**) Ad sententiam haec expressa sunt.

Quae vere esse disputata hodie inter omnes qui ad hanc rem animum attenderunt constare existimo. Nec defuerunt qui in eandem sententiam deducti in exquirendis iam percensendisque quae apud scriptores singulos inveniuntur comparationibus metaphorisque elaborarent.*). Ex quibus quamquam nonnulli etiam in Sophoclis tragoediis eo consilio perserutandis operam posuerunt, tamen rem nullo modo confecerunt aut absolverunt. Namque ipse ille Eduardus Muellerus pro commentationis suae ratione eas tantum adhibuit comparationes et translationes, quae quo naturae sensu imbutus fuerit Sophocles indicant et testantur, reliquas quae non minoris momenti sunt ad poetae ingenium pernosendum fere omnes neglexit et omisit. Neque eas ipsas quae ad naturam pertinent cunctas proposuit aut percensuit. Parcius etiam egit Albertus Lindnerus, is qui in „cothurno Sophocleo“**) nonnullas affert metaphoras undique conquisitas, quibus quid probare aut efficere velit non magis liquet quam quod totius libri consilium sit aut propositum. Neque Hoppius denique et Radtkius quum trium tragicorum orationis figuratae capita singula attractarent, illud quod ego animo informavi Sophocli praetitisse videntur. Quorum ille in commentatione quae inscribitur „de comparationum et metaphorarum apud tragicos Graecos usu“***) ita egit, ut quae de avium natura ac vita desumptae sunt imagines diligenter et accurate componeret et explicaret, reliquas a disputatione secluderet hic †) de tribus quidem iisque gravissimis translationum generibus quae ex agricultura, ex rebus nauticis venaticisque profecta sunt disputavit, sed ita disputavit, ut ex immensa illa imaginum quae eo referenda sunt multitudine singulas quasdam delibaret, non totam copiam exhaustiret.

*) Praeter eas quae supra laudatae sunt commentationes nominatim hic commemo: Goram, Pindari translationes et imagines in Philolog. tom. XIV., Schulze, de imaginibus et figurata Aeschyli elocutione, Halberstad. a. 1854, Tuch, de Aeschyli figurata elocutione, Viteberg. a. 1869, Wecklein, in libro qui inscribitur, Studien zu Aeschylus, Berol. a. 1872, Muetzell, de translationum apud Curtium usu, Berol. a. 1842, Pierson, „die Metaphern des Persius in mus. Rhen. tom. XII., Genther, ueber den Gebrauch der Metaphern bei Juvenal“, Viteberg. a. 1878. Nuper etiam in nostrorum poetarum elocationem figuratam inquire coepit est, cf. Cosack: „Bild und Gleichniß in ihrer Bedeutung für Lessings Stil“, Gedan. a. 1869, Kuesel: „ueber Schillers Gleichnisse“, Gumbinn. a. 1874, Koester: „ueber Klopstocks Gleichnisse“, Iserlohn. a. 1878. In quibus praeter ceteras memorabilis est commentatio Piersoni, qui ipsa imaginum Persianarum ratione et indeole patefacta ostendit, quantum aetas illius viri a pristina morum simplicitate remotissima gulæ indulserit. Monuit me hoc Adolfus Kiesslingius, vir summus et grata piaque memoria semper mihi colendus, qui iam ante complures annos ut metaphorarum usum Sophocleum investigarem benigne me hortatus est. Sed otium hucusque defuit.

**) Berol. a. 1860.

***) In progr. Berol. a. 1859.

†) Diss. inaug. Berol. a. 1865 et postea in progr. gymn. Krotoschin. a. 1867. Commentationes sunt eleganter et nitide conscriptae.

Verum enim vero si eum quem par est ex comparationum translationumque cognitione et contemplatione fructum percipere volemus, primum non singula quaedam generata ad libidinem excepanda, verum munera complectenda videntur. Deinde autem ne in ipsis quidem generibus percensendis satis est demonstrasse, it has illas vero imagines a Sophocle esse usurpatas — quod libenter quis eredat —, verum omnes quae eodem genere continentur enumerandae sunt ac perlustrandae, ut quibus in rebus animus poetae cum studio aliquo et cum amore versatus sit, quibus minus sit oblectatus aut prorsus abhoruerit iusta tanquam ratione inita accurataque aestimatione facta statui possit ac discerni. Quae quum ita sint, non modo eas genera, quae abs alii leviter iam tacta et ad strictam esse demonstravimus, retractabimus ac denudo persequemur, sed in primis etiam eas eruemus expendemusque similitudines et translationes quae e rebus gymnicis, bellicis, forensibus iudicilibusque, difficilioribus his quidem saepe ad agnoscendum, petitiae esse videntur. Quas cur nemodum quod sciam investigaverit, et in conspectu posuerit vix assequor. Nonne eae ipsae luculentissime demonstrant, quantum poeta rebus illis tribuerit? Nec viliores sane habenda sunt illae, quae ex artificio opificiumque rebus in poetae orationem redundant similitudines metaphoraeque. Adequas quum iam adverterit Eduardus Muellerus*), tamen quaestio instauranda est.

Jam vero priusquam comparationes translationesque percensere ac perstringere aggrediamur ipsas, etiam de finibus quibusdam quibus disputationem nostram contineri voluimus dicendum videtur. Atque comparationes nos allatuos esse omnes vix est quod moneamus, translationum autem certum tantum genus diligere ipsa earum natura cogimur. Etenim si totam linguam humanam accuratius examinaveris, tot eam metaphoris, quae non arte a hominibus effectae sunt sed naturali quadam lege irrepserunt, imbutam et tanquam intertextam perspicies, ut, si tollerentur, ipsam linguam tolli necesse esset. Quarum quidem vis tam est evanida, ut a nullo iam sentiatur. Quamobrem non omnia ea vocabula proferemus quae a propria potestate desciverunt, verum ea tantum quae cum sensu aliquo et consulto posuisse poeta censendus est.

Sed alterum genus est idque gravissimum, quod quadam ex parte a commentatione nostra segregandum duximus. Continetur autem iis translationibus, quas Hensius in peculiari libro cuius titulum esse voluit „poetische Personification in griechischen Dichtungen mit Beruecksichtigung lateinischer Dichter und Shaksperes“**) congestas exhibet. Quae quidem ab iis quas retractare nobis in animo est plerumque haud exiguo distant intervallo. Nam quum sane summa in illis poetae ars cernatur et tanquam excellat, rarius tamen inservire videntur nostro consilio quod in anquirendis percensendisque imaginibus versatur iis, quae demonstrant, quas ad res ingenium Sophoclis

*) l. l. pag. 34 adnot. 100.

**) Prodiit Hal. Sax. a. 1868.

naturali quodam studio delatus sit atque incubuerit. Quamobrem illo imaginum genere, nisi ad institutam a nobis rationem facient, abstinebimus.

Quoniam autem ut totam disputationem absolveremus otium nondum concessum fuit, in priore hac particula magis illud sequendum erit, ut omnes imagines metaphorarum afferamus ac perlustremus, ut quae comparative vel tralate dicta sunt ab iis quae propriam vim retinuerunt diligenter seingamus ac discernamus, ut certa genera constituamus ac definiamus, quam ut quod inde de poeta repetendum iudicium sit iam nunc adumbrare atque exponere conemur. Hoc enim tum demum recte poterit exprimi quam omnis illa copia in conspectu erit.

Enumerandarum autem iam hac percensandarum comparationum translationumque initium capiamus ab iis rebus quibus ut ubique ita etiam apud Graecos morum excultiorum ac totius humanitatis primordia continentur, agriculturam dico, omnesque eas res quae cum illa aliquo modo coniunctae sunt. Quod quidem genus quum iam a Radtkio*) paucis tractatum et a Muellero**) leviter adstrictum sit, ne acta agere videamur, ita persequemur, ut ea de quibus illi recte iam et distineti disputaverunt breviter tantum et velut in transcursu attingamus, ea autem quae illi aut non protulerunt — sunt vero permulta — aut minus recte explicaverunt accuratius consideremus ac pertractemus.

Ac primum quidem, si ipsam agri naturam spectamus, paucae tantum translationes inde petitae apud Sophoclem occurunt. Sola quae eo revocanda sunt vocabula ἄρσην et ζέσσος (OR. 1502) melius postea tractabimus. Statim igitur transeamus ad animalia illa quorum ope ager colitur, ad „λασιαύκενά θ' ἵππον οὐρανόν τ' ἀκμῆτα τενδον” (Ant. v. 350 seqq.) Quorum prius ut ceteros Graecos ita in primis Sophoclem in deliciis habuisse quum ab Eduardo Muellero***) egregie explanatum sit, ad illius commentationem relegamus. Respexit autem ille iam inclutam et nobilitatam comparationem quae El. v. 25 seqq. sic expressa est:

ώστερ γάρ ίππος εὐγενής καν ό γέρων
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν
ἀλλ' ὅρθὸν οὐς ιστησιν —

et praesertim illam, quae optime declarat, penitus se poetam in animalis ingenui naturam insinuasse eamque tanquam humanam effinxisse. Legitur autem in frg. 593 (apud Nauck.), quod videoas. A priore non multum diversae sunt similitudines quae exstant Ant. v. 140, ubi Mars δεξιόσειρος vocatur et ibid. v. 477 seq., ubi σμικρῷ χαλινῷ δ' οἰδα τοὺς θυμονμένους
ἵππους καταστυθέντας —

legitur. Accedit verbum πελοδαμενίν Ai. v. 549 de Eurydice asperis patris mortibus

*) diss. inaug. pag. 26 seqq.

**) l. l. pag. 23.

***) l. l. pag. 20 et 21.

educendo usurpatum et frg. 763: σὺ δὲ σφαδάζεις πῶλος ὡς εὐφορβίσ. Praeterea propter celeritatem equis in comparationem adducitur Ant. v. 985 in verbis Βορεὰς αἴμιτηας et OR. v. 466 seq.: ἀελλάδων ἵππων σθεναράτεραν. Adiecit his Muellerus glōcos, alios quibus equis inducitur, velut OC v. 711 seqq. et 1062—1068, Ant. v. 340 et 350 etc., a quibus quum comparatio absit hoc docem abstinemus. Debemus autem hoc referre ab illo omissum verbum ἀναλαυτίζειν quod frg. 181 legitur. Hoc quum Hesychius ἀνώιστος de equis usurpatum esse contendat et Suidas a Sophocle pro ἀπειθεῖν καὶ ἀντιτίνειν dictum esse testetur metaphorice positum fuisse liquet.

Neque vero assentiendum videtur Ellendtio, qui propriè illud, de equis in posteriores pedes erectis equitem excutientibus, dictum esse contendit. Namque per se verbum nihil aliud significat nisi iubam arrigere, id quod et ipsa verbī origine et Eurip. Rhes. v. 785 seq. — εἰ δέ ἔργεταιν ἐξ ἀντηρίδων Θυμὸν πνέονται κανεκατίζοντες φόβην satis probatur. Jam vero quum illud omnino sit equi indomiti ac ferocientis, posse interdum ἀναλαυτίζειν etiam de equo excutiente equitem dictum esse nemo negabit.*)

A tauro eiusque natura non tam multas similitudines Sophocles desumpsit nec tanta diligentia effinxit. Comparatur autem bos semel propter robur eximum Ai. v. 1253 seq.:

μέγας δὲ πλευρᾷ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς σμῶς
μάστιγος δρόσος εἰς ὄδον πορεύεται,
deinde propter mugitum Ai. v. 322:
ὑπεστέναξε ταῦρος ὡς βρυκάμενος.
Ad ferum et solivagum taurum spectat comparatio quae legitur OR. v. 476 seqq.:

φοιτή γέρε ὑπ' ἀγρίαν
ὑλαν ἀνά τ' ἀντρα καὶ
πέτρας ἀτε ταῦρος.
Deinde ridicule in contentionem vocatur „βοῦς ἐράτης“ frgm. 139. Sed unum quidem restat exemplum ex quo maius aliquod poetæ in hanc pecudem studium jucundissime pelluet. Est autem Trach. v. 529 seq.:

ἀπὸ μαρρὸς ἄφαρ βέβασν
ώστε πόρτις ἐσῆμα.

*) Phrynichi verba: ἀναχόμαι ἐς τούπιον, ή μετεροῦ ἀπὸ τῶν τοὺς ἵππους τῇ χαῖτῃ ἀναχρονόντων τὸν ἀπὸ φυτῆρος τρέχοντας (ποπ. σφ. p. 19,30) quae Ellendtius ad illustrandam notionem verbi ἀναχατίζειν arcessivit, idem falsa conjectura temptavisse videtur. Nam quae proponit: ἀπὸ τῶν ἵππων τοὺς ἵππας τῇ χαῖτῃ κτλ. prorsus intelligi non possunt. Referendam autem esse Phrynichi explicationem ad illius verbi potestatem quandam transitivam quae est cohibendi vel sistendi (cf. Passov. s. h. v. no. 3 et ibd. vocabulum ἀναχατίσματος) satis appareat ex praemissis verbis ἀναχόμαι ἐς τούπιον quibuscum consentit quod Hesychius interpretationis gratia apponit ἀναχατίνον. Est igitur secundum Phrynicum ἀναχατίζειν os equi freno retrahere, ut iuba retro et in dorsum versus flectatur. Pro uno dativo τῇ χαῖτῃ qui explicari non potest malit forsitan quispiam reponere τὴν χαῖτην.

Sane etiam hoc insigne documentum est mitis poetae ingenii quod dudum viri docti animadverterunt. — Neque tandem asini prorsus poetam immemorem fuisse tradidit **Pollux** 7,24 (frg 790 N.), ubi haec leguntur:

quamquam quo verba spectent cognosci iam non potest. *Ovōν σκιά* quam proverbii loco dicatur huc non pertinet.

Similia iam attulimus, quae certa quadam animalium natura et indele poeta petit: restant ea, quae ex usu eorum in agro colendo et in vehendo equitandoque profecta sunt. Ac primum quidem armenta sub iugum ducenda, equi freno coercendi sunt. Inde haud paucae natae sunt metaphorae. E quibus cereberrima translatio est verbi **levyvres** et eorum vocabulorum quae aut derivatione aut compositione ex eo orta sunt. In primis autem vivam etclare expressam eius modi imaginem animis nostris representant quae leguntur Ant. v. 290 seqq.: *hunc omnino bulli omnipotens mel minderiq*

ἄνδρες μάλις φέροντες ἐρρθον τὸν ἔμοιν τὸν εἰς τὴν πατερίαν
κρυψῆ κάρα σείοντες, οὐδὲ ὑπὸ Συρῆνος πολέμου δεσμοπιεῖται
λόφον δικαίως εἶχον. —

Paulo magis evanidae sunt reliquae quae arctam quandam et plerumque molestam communionem significant. Potest autem illa communio esse cum rebus concretis quae dicuntur, potest cum abstractis: utriusque generis exempla apud Sophoclem occurunt. Simpliciter domare, in primis vinculis, *ζενγγύναι* est Ant. v. 947: (*Δανάη*) *ἐν τυμβόρει θαλάμῳ κατεξένθη*, v. 955: *ζεύκην παῖς ὁ Αρηστος*, OR v. 718: — *νὺν ἄρδης κεῖνος ἐνζεῦσας ποδοῖν*. Cf. etiam verbum *ζενξίλεως* frgm. 129. Alterius quod indicavimus generis sunt quae exstant in Ai. v. 24: — *τῷδ' ὑπεξύγην πόνῳ*, 123: *ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ*, 735 seq.: — *νέας Βούλας νέοισιν ἔγκαταξενῆσας τρόποις*, Phil. v. 1025: — *κλοπῇ τε κάναγκῃ ζυγεῖς*, Ai. v. 944: *δονλεῖας ζυγά*, frgm. 529: *δονλεῖας ζυγὸν . . . ἐσκ' ἀνάγκας*.

non acquiescendum videtur in eo quod interpretibus placuit: „saxum Niobam constrictum, amplexum est.“ Neque enim *acquiescere* simplici constringendi illigandive potestate instructum sed de domandis bestiis translatum esse satis notum est. Cf. Od.

^{*)} De imaginibus quas ad matrimonium illustrandum poetae Graeci adhibuerint quum fusius disputet Radtke in diss. inaug. pag. 32—34, ego rem paucis attigisse satis habeo.

IV., 635 seqq. JL. XXII., 655 aliosque locos consimiles. Num vero Niobam sicut feram quandam bestiam domitam animo nobis effingemus? Hoc quidem neque per se aptum neque cum elegantia figuratae eloctionis Sophocleae ullo modo convenire videtur. Quamobrem ego quasi ultra in eam feror opinionem, ut hic quoque a poeta alludi possem ad rem coningalem. Secutum igitur esse poetam censeo verbi usum Homericum, qualis perspicitur ex JL. III. 301, XVIII. 432 a. l. Mirifice enim hoc consentit cum tota Antigonae oratione, quae iterum iterumque ad matrimonium deflectit. Cf. vv. 813—816, 867, 876, 891. Quin etiam tam denum illud quod Antigona v. 832 seq. proloquitur:

δαίμων ὄμοιοτάταν κατεννάξει

recte intelligi posse videtur. Ut Niobam, inquit, saxea proles vi subegit et invisis urguet amplexibus, ita me nunc satum in toram — dirum sane et horrendum — detrudit. Cf. v. 816: Ἀλέγοντι ννηγεσθώ. Sine dubio enim etiam in verbo κατεννάξειν, quum ab εὐνῇ ductum sit, eiusmodi aliquid subaudiendum est, ita tamen, ut interficiendi notio non tollatur. Sic mihi quidem sententia loci suavissima evadere videtur et vellem profecto similem afferre possem e lingua Graeca imaginem, cuius auctoritate interpretatio mea niteretur. Sed quis est qui singulae cuique imagini similem apponendam suscipiat? Neque tamen alienum puto ad Romanorum loquendi usum relegare, apud quos maritare, maritus, a, um, similia ab ea quam in verbo ξέδαμασι hoc loco deprehendisse nobis videatur potestate haud procul absunt. Cf. Hor. Epop. 2, 10, Od. II. 15, 4. Od. I. 36, 20. Quidni similibus rebus ad similes imagines poetas duci arbitremur? Quin etiam quod comparatur „κινός ἀτενῆς“ sententiae nostrae favere videtur. — Reliquis locis quibus verbum δαίμων apud Sophoclem occurrit, in interficiendi aut in expugnandi notionem abiit, quae a propria tam longe remota videtur, ut iure a nobis omittatur. Neque vero neglegendum vocabulum ξννωσίς in OC. v. 895:

ἀποστάσας μον τὴν μόνην ξννωσίδα (sc. τένων)

et quod ex Hesychio resingere voluerunt „(Χαρίτων) τριζύγων“ (lrg. 500), utrumque illud e communione quae iugo efficitur repetitum. Praeterea ab equis demandis desumpta sunt:

στόμα δέκηται τόπε (El. v. 1462)

quod pertinet ad hominem qui imperio oboedire discit et
 ὁ ψυχή συληρά, Χάλνβος
 λιθοσόλλητον στόμιον παρέχουσ·
 ον μένον οβοιού Διάπανε βοήν — (Trach. v. 1260 seq.),
 in quibus pro παρέχουσα verbum accipiendi notione praeditum requiritur. Sed equidem non reperio.

Sequuntur metaphorae illi quae de accelerando iequorum cursu bouisque gressu sumptae sunt. E quibus missa faciamus verba μεθιέται, ἀνιέται, similia, quorum vis

metaphorica usu obliterata videtur. Aliter vero comparata sunt ἐνσέειν et ἐπισείειν, quorum prius quum in Ant. v. 1274: ἐπαισεν, ἐν δὲ ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς cum verbis ἀγρ. ὁδ. constructum legatur, ad quassas referendum est, quibus Creon a deo ita instigatur, ut tanquam citato cursu ad saevas illas vias h. s. consilia feratur. Idem valere perspicuum est in verbum ἐπισείω, quod frgm. 151 loco a Nauckio exhibetur. Hoc quoque a Sophocle metaphorice dictum esse sequitur ex Hesychii glossa: ἐπισειούσης, ἐπικελευομένης. Similiter vero quod adicit ἀπὸ τῶν τας ἡνίας ἐπικαλώντων rem acu non tetigit, id quod ex iis quae modo disputavimus satis apparet. — Paullo ubiores sunt translationes a stimulo deductae, quales exstant Ai. v. 1245,

— σὺν δόλῳ κεντήσετε

et similiter Ant. v. 1030, Phil. v. 1039, Trach. v. 840. In OR. v. 1317:

(οἷον εἰσέδν μ' ὄμα)

κέντρων τε τῷδε οἰστρημα καὶ μνήμη κακῶν cum stimulo composita est alia bestiarum crux saepius a Sophocle tralate posita. Legitur enim in Trach. v. 1253 seq.: — πρὸν ἐμπεσεῖν (Σπαραγμὸν ἦ) τιν' οἰστρον — et Ant. v. 1001 seq.: φθόγγον ὁρνίθων Κακῷ υλάζοντας οἰστροφ. Cf. etiam El. v. 5, ubi Ἰνάζον κόρη οἰστροπλῆς commemoratur (sec. Aesch. Prom. v. 681) et Trach. v. 653, quamquam ibi "Ἄρης οἰστροθεῖς non iniuria suspicionem commovit. Denique etiam dicendi formula σπενδεῖν ἀπὸ φυτῆρος quum OC. v. 900 non minus ad „λεών ἀνιππον“ quam ad „ἱππότην“ pertineat translationem redolet. A qua dissidet vocabuli φυτῆρος usus in fragm. 458 dubitationis pleno, de quo scite s. h. v. Ellendtius.

Domitis autem equis armentisque et sub iugum ductis ipsum agri cultum incipiamus videamusque quae inde profectae sint metaphorae. Atque licet nobis hoc loco tacere de imaginum genere frequentissimo quod verbis ἀρόω (OR. v. 1485 et 1497), ἀροντα (OR. v. 1257) ἀρώσιμος (Ant. v. 569), γύνης (ibd.), ἄλος (OR. v. 1211), ζέρσος (OR. v. 1502) continetur. Quae quo spectent tam saepe ab interpretibus Sophoclis accuratissime expositum est, ut non sit quod addere possimus. Accedit quod ille usus apud Graecos tam late manavit, ut ad propriam et singularem dictionis Sophocleae indolem cognoscendam nihil fere valeat. Qui vero Eduardus Muellerus cl. I. p. 23) nullas fere praeter has apud Sophoclem inveniri imagines ex agricultura petitas asseverare potuerit, ego exputare non possum. Esse enim haud paucas atque illis multo insigniores mox viderimus. An vero ἄροτος pro ἔτος positum (Trach. v. 69 et 825) non ad intimas agriculturae rationes revocamus? Deinde autem eo referendum est verbum ἀγαπολεῖν in Phil. v. 1238, qui sic legitur:

δίς ταῦτα βούλει καὶ τὸς ἀναπολεῖν μ' ἐπη;

(um quo componendum videtur, si genuinum est, notum illud quod exstat in Ant. v. 219 μετονοματικά αντικείμενα, id est τὸν τρόπον τοῦτον αποτελεῖν. Τούτος γερμανος

859: τριπόλιστον οἶτον. Quod vero eiusdem generis translationem Schmeidewinus in Trach. v. 396:

(ἔσσεις), ποὺν ἡμές καὶ νεώσασθαι λόγους agnoscendam existimat, nos quidem suffragari nullo modo possumus? Illis enim de verbis, in quibus multi haeserunt, aliter statuendum videtur. Primum enim ex scholiastae verbis: ἀνακαινίσασθαι, καὶ αὐθις ὄμιλησαι ἀναβίως ἐκ νέας. „Η οὖτω, ποὺν ἡμέν καινούργους ἀνακοινώσασθαι λόγους satis appetet, nihil eum metaphorae sensisse, id quod longe aliter se habet in loco Philoct. Deinde autem ipsa illa metaphorā in hunc locum minime quadraret. Etenim si verum est, sicuti est, quod nobis persuasimus, non easu aut fortuito quodam ingenii lusu verum ipsis sententiae quam exprimere volunt rationibus poetas ad inferendas imagines adduci, idem quod in verbum ἀναπολεῖν etiam in illud νεώσασθαι valere consecutaneum est.

Jam vero quum ἀναπολεῖν pro rei natura nihil aliud sit nisi cum labore et contentione aliquid revolvere*) atque adeo interdum molestiam adsignificet, velut quum in loco Philoct. quem supra attulimus tum apud Pindarum Nem. VII. v. 152 seqq., ubi legitur: ταῦτα δὲ τοὺς τετράκι τὸ ἀμπολεῖν ἀποφία τελέθει πτλ.: eadem sententia ut par est in nostrum locum translata Deianiram habemus haec dicentem: Proripis te neendum sermonem quidem nos cum labore instauravimus et denuo quasi exaravimus. Vel si illi λόγοι qui novandi sunt iidem sunt intelligendi atque quos iam dixit Lichas, sententia haec evadit: Ne novavimus quidem verba tua et velut glebas convertimus, tu vero iamiam avolas. Quod utrumque mire ineptum esse ideoque omnem metaphorae suspicionem hinc procul habendam manifestum est. Sed licet illud λόγους νεώσασθαι, id quod prorsus necessarium est, vi metaphorica exutum et ita dictum accipiamus, ut meras recolendi retractandique vices impleat, tamen perversissima sententia est, siquidem Deianiram ipsa nuntii verba repetentem animo nobis fingere debemus. Quae quidem difficultates remanent, etiamsi illud quod secundum Eustathii (ad. Jl. x. p. 811, 20) verba; τὸ νεᾶν, — ἐξ οὐ καὶ παρὰ Δοφοκλεῖ ἀνανεώσασθαι λόγους — scribere voluerunt καννεώσασθαι recipias. Molesta autem est praeterea in primis etiam vocula καὶ vi limitativa praedita. Quamquam ne ii quidem qui cum Cantero solum ἀναγεώσασθαι ordini verborum inseruerunt sententiam bonam aut genuinam praestiterunt. Nam una quoque quam nondum confutavimus reminisci notio, qualem verbum ἀναγεώσασθαι habet Eurip. Hel. v. 722 ab hoc loco aliena est. His quidem omnibus de causis equidem in verbo νεώσασθαι, quod etiam per se suspectum et miro consensu ab omnibus fere criticis recentioribus rejectum est, antiquam corruptelam latere censeo. Reponendum autem puto νοήσασθαι, quod solum sententiae satis facere videtur. Enimvero plura ex Licha percontatura simulat Deianira se verba ab illo ante prolata non-

*) Cf. Plat. Phileb. pag. 60 A iam a Wundero comparatum et ibid. p. 34 B.; legg. IV. pag. 723 E.

dum satis perspexisse ideoque ut maneat indignabunda quasi exposit. Ita quidem rectissime se habere additum *zai* et perapte a Licha responderi: *ἄλλ' εἴτι Χερζεις ιστο-*
ρεῖν, πάρειμ' ἔγω perspicuum est. Quod vero formam medialem intulimus, aegre non feret quisquis Sophoclem et omnino φιλόμεσον fuisse et ipsum verbum νοεῖσθαι OR. v.
1487 usurpasse probe meminerit. Aoristi medialis exempla suppeditant Jl. X. 501,
Theogn. v. 1298.*)

Jam vero agro „nou semel arato, sed novato et iterato“ armentis nostris iugum demendum et quies danda videtur. In priore autem re quum fortasse verbum λύειν usum proprium habuerit, apud nostrum tamen nullae occurunt translationes, in quibus illa vis vigeat. Neque ego assequor quid Ellendtium eo adduxerit, ut unum illud quod legitur OC. v. 1720 seq.:

ἄλλ' ἐπεὶ δλθίως γ' ἔλυσεν

τὸ τέλος, ω̄ φίλατ, βίον

ad „solvenda iugo armenta“ revocaret. Immo in his verbis πρόληψις quaedam quum vocant inesse videtur, ut sententia haec sit: *ἔλυσε τὸν βίον, ω̄στε τέλος αὐτοῦ γενέσθαι.* Illud autem *ἔλυσε τὸν βίον* quam proxime accedit ad locutiones Homericas μένος λύειν (Jl. XVII. v. 29), λύθη ψυχή τε μένος τε (Jl. V. v. 296 et al.) Cf. etiam Aesch. Pers. v. 913. De ipsis verbis λύειν τὸν βίον cf. quae adnotata sunt ad Eurip. JT. v. 677 in edit. Pflugk. et Klotz.**)

Vivida autem et dilucida translatio est verbi λωφᾶν in Ai. v. 61:

— ἐπειδὴ τοῦδ' ἔλωφησεν πόνον,

siquidem verum est quod scholiasta adnotat: *ἐπανόσατο* ἀπὸ τῶν ὑποξυγίων ὅθεν καὶ τὸ εὐλόγως φέρειν. Ac recentiores quidem interpretes eam explicationem secuti quum verbum illud requiescendi notione instructum esse contendant, in medio relinquunt, quomodo ea e propria verbi potestate elicienda sit. Passovius quidem, quem unum rem attingere memini, quum illud de iumento dictum esse velit, quod „si iugo solutum

*) Jam haec conscripta erant, quum appendice novissimae editionis Nauckiana etiam Blaydesium, criticum Anglum sagacissimum, scripturam traditam immutasse edoctus sum, unde magna conjecturae meae mihi nata fiducia est. Quod vero ille secundum schol., ut sibi videtur, legendum proponit: πρὸν ἡμῖν χαπεκονοῦσθαι λόγους, ipso opinor scholio convincitur. Namque quum ibi ἀνακαυσισθαι, ἐκ νίας, καυτοτέρος (v. pag. 11) legatur atque ita „καυτόης“ illa tanquam prematur et inculcetur, iam scholiastam νεώσασθαι vel simile aliquid ante oculos habuisse appetet. Neque praesidio est ὄμιλησαι, quippe quod aperte corruptum sit. Quid enim est ὄμιλησαι ἀκριβῶς? Requiritur sane verbum transitivum percensendi notione praeditum, velut ἀναπολῆσαι. — Tamen doleo quod ipsa Blaydesii editio non praesto est: qua quidem parata si forte graviora argumenta prolata esse cognovero, in proxima commen-tationis parte haec retractanda erunt.

**) Nescio an eodem modo locum interpretatus sit Wexius in sylloge ab Ellendtio s. v. λώ laudata, quam inspicere mihi non licuit. Neque enim mihi multum abludere videntur quae leguntur Ant. v. 1302: λέει κελαινὰ βλέφαρα.

sit, collum liberum recipiat itaque sese reficiat[“], rem ipsam declarat, propriam verbi vim nullo modo illustrat. An vero solvendi notione verbum ab initio praeditum fuit? An colli recipiendi? Ex Passovii verbis vix certi quidquam erudere possis. Neque magis liquet quomodo ex ipsis ipsa requiescendi potestas deducta sit. Aliud enim est iugo liberari, aliud requiescere; illud antecedit, hoc consequitur. Itaque quum in Passovii sententia acquiescendum non videatur, aliam nobis proferre liceat explicationem, quae planius fortasse et enucleatius imaginis naturam describet atque definiet. Verbum λωφᾶν quum sit prorsus eodem modo comparatum ac verba νωμᾶν, στρωσᾶν, alia eiusdem generis, vim habere frequentativam necesse est. Jam vero quoniam colli notioem veteres in ea voce senserunt, nihil aliud potest significare nisi collum hoc illuc versare, collum quatere. Hoc autem iumenti est, quod modo iugo solutum laetitia exsultat. Est igitur πόνον λωφᾶν ex labore i. e. superato labore cervices antea tanquam iugo pressas et rigidas factas versando relaxare atque reficere. Idem clarissimum est expressum apud Thucydidem lib. VI., cap. 12: ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βολήν τελωφίζειν, ubi adiecta praepositione efficitur, ut imago luculentior evadat. Apud Sophoclem quidem verbum proprius iam ad meram desinendi requiescendique notioem detortum structuram verborum istorum sequitur. Neque tamen in verbo rarioris usus vis principalis evanuisse putanda est. Nostram autem interpretationem ut exemplo comprobemus, verbi ἀναλαΐζειν, de quo ante dictum est, memoriam revocemus et evolvamus Plut. vit. Ant. cap. XXI., ubi legitur: ὃς πρῶτον ἀνελαΐζει τὸν πραγμάτων. Ecce eadem fere imago, eadem verborum sententia et compositio. Cf. praeterea verbum τραχηλᾶν notioem non multum diversa instructum. — Ita autem verbi natura perspecta etiam illud consecuti esse nobis videmur, ut πόνον, non φόνον, quod est in La, legendum esse luce clarissimum factum sit. Unum enim vocabulum πόνον ex indole orationis Sophocleae dictum est. Nimis refecit sese Ajax ἐκ πόνον, φίλην γένεται (Ai. v. 24). Cf. Ai. 123 et Phil. 1023. Sunum igitur et peculiarem in laboribus et suscipiendis et dimittendis verba illa usum habent. Agricultoram autem porro prosequentes iam ad semina spargenda plantasque ponendas venimus. Atque ea res paucis absolvenda est. Namque in ea quae huc pertinent verba σπείρω et γυρτέω omniaque illa quae cum iis cohaerent idem cadit quod pag. 10 de vocabulis ἄροντα, ἄροι etc. dictum est. Quorum quidem usum qui latissime patet et apud Sophoclem in primis frequens est, plane et copiose illustrat Ellendtius in lexico Sophocleo quod evolvas. Sequitur vocabulum δίζα tralate positum Ai. v. 1178: γένοντος ἀπαντος δίζαν εξημημένος et in imagine plena et consummata quae exstat Ant. v. 598 seqq.: νῦν γὰρ οὐλάτας ὑπὲρ Ρίζας κτλ., de quo loco maxime conclamato fusius disputationis constitutis commentationis nostrae finibus prohibemur. Adiciendum vero φίζω (OC. v. 1591) et πρόδροιζος El. v. 512, 765. De emergentibus deinde plantis sumptum videtur verbum ἀνατέλλειν quod legitur Phil. v. 1138, si intransitive dictum intelligimus. Enatae autem plantae et in lucem progenitae πρόσω ερπονται (cf. Trach. v. 547: ἥβην —

πρόσω πεπονοι et ibd. Schneidew.), nisi forte marcescant et arescent, a qua quidem posteriore re ducenda sunt: *αὐτενῶ βίον* (El. v. 819) et *αὐτοῦ ίπατη* (Pbil. v. 954). Eodem verbum *μαραίνω* quod a principio non extinguendi sed marcescendi notionem habuisse videtur*) referremus, si sola origo spectanda esset. Sed illa notio aliquatenus quidem quadrat in Ai. v. 714: *πάνθ' ὁ μέγας Κρόνος μαραίνει* (expunctis verbis *τε καὶ φλέγει*), minime autem in OR. v. 1328: *ὅψεις μαραίνει* aut in OC. v. 1260: (*πίνος*) *πλευράν μαραίνων*, ubi pro *μαραίνων*, quod omnino ferri non potest, restituendum videtur *μαρίνων*.

Rursus plantas, quae temporis iniuria non oppressae provocerunt ac pullulant, saepissime imaginibus quae ad liberorum ortum pertinent effingendis adhibitas, nonnunquam etiam de aliis rebus tralate positas esse et satis notum est et edocetur ab Ellendtio s. vv. *βλαστη* et *βλαστάνω*, quibus adicias illud quod OC. v. 1108 legitur *ἔρνος*. Item nominasse satis habemus vocabula *χλωρός*, *φύλλω*, *ἄνθος*, *ἀνθηρός*, *ἄνθέω*, *ἄνθιζω*, *λευκανθής* (*λευκανθής κέρα* OR. v. 742) et apposuisse comparationem admirabilis suavitatis quae exstat Ai. v. 558 seq.: *τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκουν, νέαν ψυκήν ατάλλων*, ubi vid. schol. et Muell. l. l. pag. 25. Memorandum praeterea verbum *λυγίζω* (Trach. v. 779) et notanda vocabula *καρπός* (frgm. 750), *καρπούσθαι* (Trach. v. 204), *ἀκάρπωτος* (Ai. v. 176). Sequitur adiectivum *πέπων* (OC. v. 437 et ibd. v. 516, ubi a Bothio restitutum est) et femininum *πέπειρα* (Trach. v. 728), in quibus advertendum est disserimen quod intercedit cum nostro eiusdem vocabuli usu metaphorico. Hinc transeundum ad verba metendi *ἀμάω* eiusque composita (Ant. v. 602, Ai. v. 1178, ubi pliores imagines sunt; simplices metaphoras invenies Phil. v. 749 et frgm. 562) et *θερίζω* Ai. v. 239 atque praesertim in frgm. 593 v. 4, ubi addito verbo *θέρος*, quod de iuba equae dictum est, in primis clara et egregia imago oculis nostris repraesentatur. Praeterea hoc pertinet verbum *λωτίζεσθαι* in frgm. 652 a Keilio repositum. Denique maiorem et latius patentem de agro colendo hic adicimus similitudinem quae exstat Trach. v. 31 seqq.

Ac posteriores quidem haec imagines quamquam gravissimae sunt, tamen pro instituta a nobis ratione simpliciter sunt indicatae: de uno verbo *δημεύειν* quod legitur Phil. v. 163:

(*φορθῆς Κροία*)
στίθον δημεύει τόνδε πέλας πον
 utrum hoc referendum sit neene paullo uberior disputandum videtur. Etenim interpretes huius verbi, quo gressus Philoctetis ulcere impeditus describitur, in duas discedere videmus sententias, quarum neutra nobis probatur. Atque alii quidem, in quibus G.

*) Cf. Curtius, Etymol. pag. 333 (ed. IV.)

Hermannus et Ellendius sunt, quum a metentibus simile sumptum esse velint, ut Philoctetes „viam deinceps prosequi“ sive „rectissima quaque via incedere“ dicatur, nec poetae consilium nec ipsam Philocetiae condicionem satis videntur respexisse. Praeterquam enim quod nihil triste aut miserabile exprimitur verbis: nutrimentorum causa hic viciniae recta ingreditur, ne potest quidem Philoctetes ita facere, quippe quum θηροβολῶν (v. 165) victum quaerat. Contra alii „tardum ductum sulci imaginem esse tardi ductus vestigii“*) contendunt. Ecquae autem similitudo est inter aratri vestigium nunquam intermissum et gressum Philoctetae, qui pedem quamvis ex ulcere claudum nunc attollere, nunc ponere debet? Ne mihi hic quisquam cum M. Seyfferto Lue. Phars. lib. IV., v. 587 obtrudat, ubi flumen „siccae sulcator arenae“ vocatur; de illo enim, quod revera terram findit et continuo cursu defluit, recte hoc dici potest, de Philoctetae gressu non potest. Neque audiendus est Passovius qui de homine aratrum regente cogitat; pariter enim hic et libere utroque pede utitur. Ut breviter dicam quod sentio, inter duas explicaciones optio dari mihi videtur. Potest similitudo de prompta esse ab iis qui reapse δγμενόντι s. sulcos ducunt i. e. a bobus aratoribus, quorum gressui tardo et difficili apte incessus Philocteteus contendit potuit. Quod quidem aliquo modo confirmari videtur v. 289 seqq.:

— πρός δὲ τοῦθ' ὁ μοι βάλοι
νευροσπαδῆς ἀτραχτος, αὐτὸς ἀν τάλας
εἰλνόμην δύστηνον ἔξελκων πόδα
et v. 701 seq.:

εἴρπε γὰρ ἄλλοι ἄλλοι
τότε τούτοις εἰλνόμενος —

Perbene profecto haec congruent cum gressu qualem habent „εἰλποδές“. At vero potest etiam vocabulum referendum esse ad messores, non ideo quod recta procedunt, sed quod gressu utuntur prorsus singulari maximeque impedito nec dissimiles sunt claudicantibus. Sed utut hoc est — utraque enim explicatio habet sane quo commendetur —, tantum constat, insignem et clare expressam etiam hanc esse imaginem e re rustica repetitam. Ut vero ceterarum quas supra attulimus E. Muellerus immemor fuisse videtur, ita ne huius quidem verbo nos admonuit.

Ali quanto autem rectius vir doctissimus statuit de studio quo poeta erga arbores et eiusvis generis plantas imbutus fuerit. Quas quum nascentes, crescentes, germinantes, floentes, maturatas contemplati simus, sequitur, ut reliquias imagines quadam ex parte aliter comparatas enumeremus. Ex quibus quum ille iam eas attulerit, quae de arboribus torrentis impetu afflictatis (Ant. v. 712 seqq.), de caesa quercu (El. v. 98), de fico (frgm. 183), de populo (frgm. 24 et 532), de hedera (Ant. v. 826), de vite

*) Cf. quae ad hunc locum annotata sunt in ed. Wund. IV., quam curavit Weckleinius.

(Trach. v. 703 seq.) desumptae sunt, unam nos adiungimus eam quae in frgm. 783 legitur:

γραίας ἀκάνθης πάππος ὡς φυσώμενος.

Apte autem ille quamquam a comparationibus digressus inclutissimum quoque illud quod OC. vv. 668—719 continetur canticum, quo narcissus, crocus, olea celebrantur arcessivit eiusdemque tragediae v. 17 et frgm. 235 laudavit, quibus frgm. 322 et 646, ubi cinara, 362, ubi morum, 547, ubi milium memoratur aliaque id genus addere potuit. Neque inutile est alias res quae ad agriculturam pertinent et a Sophocle nominatae sunt respicere, velut *σιρόνς χριθῶν* (frgm. 255), *ἀθηρόβρωτον ὄφανον* (frgm. 418), *ἄμαλλαν* (frgm. 546), *πτύνον* (frgm. 976). Quae omnia rerum rusticarum scientiam et studium testantur. Atque ultro suspicandum videtur, poetam qui Triptolemum composuerit agriculturae pernoscendae non incuriosum fuisse.

Sed cohibendum, ut iam antea diximus, de hac re iudicium est, quoad reliqua comparationum translationumque genera pertractaverimus. Quorum quidem quum plura priore hac commentationis particula nos comprehendere posse speraverimus, tempus supervenit, quo in lucem haec edenda sunt. Quamobrem hoc unum iam monere liceat, esse nonnulla de quibus cuinam generi adnumeranda sint dubitatio esse possit. Quodsi quis ea desiderabit, is exspectet dum altera dissertatiunculae pars prodierit neve indicta causa neglegentiae nos condemnnet. Ante omnia autem venia expetenda videtur, si forte errores inde nati sunt quod nonnullas quas de singulis locis viri docti scripserunt commentationes aliosque libros quosdam comparare nondum nobis potuimus, verum sententias ibi prolatas conjectura nonnunquam colligere coacti fuimus ex iis quae apud alios adnotata invenimus. Hoc autem in primis referri volumus ad verbum *ἀναζατίζειν* (p. 7), de quo quum ipsum Phrynicum adire non licuerit, iam incerti sumus, num ea quae Ellendtius s. h. v. exhibuit recte intellexerimus. Neque enim ex verbis ab eo allatis satis perspicitur, num ipsum illud *ἀναζατίζειν* Phrynicus illustraverit. Quare ut aliarum rerum, ita etiam huius, si opus esse videbitur, altera commentationis parte ratio reddetur. Tantum adipere visum est, ut iam nunc a levitatis crimine nos defenderemus quod in huiuscemodi rebus unum omnium maxime semper fugiendum duximus.



zu einer d. zweiten veränderten Form der Schule. — 7) Die Schule ist eine Schule für die Kinder der Stadt und des Landes.

8) Die Schule ist eine Schule für alle Kinder der Stadt und des Landes. — 9) Die Schule ist eine Schule für alle Kinder der Stadt und des Landes.

10) Die Schule ist eine Schule für alle Kinder der Stadt und des Landes.

11) Die Schule ist eine Schule für alle Kinder der Stadt und des Landes.

Schulnachrichten.

Lehrverfassung*).

Ober- und Unter-Sekunda kombiniert.

Ordinarius: Progymnasial-Aktor **Scotland**.

1. Religionslehre; a. Für die kathol. Schüler: Glaubenslehre: Von den heiligen Sacramenten, von der Kirche. Kirchengeschichte von der Gründung der christl. Kirche bis zu Gregor VII.

2 Std. — Schapke.

b. Für die evangel. Schüler: Einführung in die Schriften des neuen Testaments und Befprechung des Inhalts im Anschluß an die Lecture. Memoriken der Bergpredigt, einiger Psalmen und Kirchenlieder. Lecture eines Theils der Apostelgeschichte im Urtexte. 2 Std. — Vollberg.

2. Deutsch. 1) Im Winterhalbjahr: Einführung in die mittelhochdeutsche Sprache und Verskunst. Lecture ausgewählter Stücke aus dem Nibelungen-Liede, dazu kurzer Überblick über die klassische Literaturperiode des Mittelalters. Lecture von Goethe's Götz von Berlichingen. 2) Im Sommerhalbjahr: Repetition der Elemente des Mittelhochdeutschen. Einige Walther'sche Gedichte im Urtext sowie Proben aus der neueren Lyrik. Im Anschluß daran das Wichtigste über die lyrische Dichtungsgattung im Allgemeinen. Lecture von Schiller's Wilhelm Tell, in der Klasse mit Auswahl, privatim vollständig.

Dazu in beiden Semestern: Übungen im Disponiren, freie Vorträge und vierwöchentliche Aufsätze.

Es wurden folgende Thematik behandelt:

- 1) Leben und Charakter Cyrus des Jüngeren, nach Xen. anab. I., 9.
- 2) Welche Lehre liegt in Goethe's Gedicht „der Schatzgräber“ und wie läßt sich die Wahrheit derselben erweisen?
- 3) Nieman üzen nach der varwe loben sol (Klassenarbeit.)
- 4) Götz von Berlichingen und der Bauernkrieg.
- 5) Des Markgrafen Rüdiger Seelenkampf und Tod. (Der erste Theil in Form eines Monologs.)
- 6) Ueber die scheinbaren Vorzüge der Thiere vor den Menschen. (Klassenarbeit.)

*.) Da bei dem Unterrichte der vom Lehrer-Collegium ausgearbeitete und vom Königlichen Provinzial-Schul-Collegium zu Königsberg durch Verfügung vom 24. September 1877 genehmigte Lehrplan zu Grunde gelegt ist, so wird fortan die Angabe der Lecture in dem Programme genügen.

- 7) a. Welche Eigenschaften treten in dem Character Siegfrieds besonders hervor? b. Meine Lieblingsperson in Götthe's Götz von Berlichingen.
 8) a. Lobrede auf König Heinrich I. b. Nicht allein im Kriege ist Tapferkeit nothwendig. (Klassenarbeit.)
 9) Mit welchen Gründen vertheidigt in Schiller's Drama „Wilhelm Tell“ Rudenz seine Parteinahme für Österreich?
 10) Charakteristiken aus Schiller's Wilhelm Tell.
 11) Klassenarbeit.

2 Std. — Lueck.

3. Lateinisch. Abschluß der Grammatik; ausgewählte Capitel der Syntax; von der Wortstellung, der Satzstellung und dem Periodenbau. (Lateinische Grammatik von Seyffert.) — Mündliches Uebersetzen aus Seyffert's Uebungsbuch für Sekunda. Wöchentlich ein Extemporale und alle 14 Tage ein Exercitium; für die Ober-Sekundaner in jedem Quartal ein Aufsatz. Es wurden folgende Themata behandelt:

- 1) De causa et origine secundi belli Punici.
- 2) De Telemachi itinere.
- 3) Exponatur, quo concilio Cicero Catilinam in exilium emiserit.
- 4) De Solone et Croeso.

Prosa-Lecture: In der Klasse Livius lib. XXII. cap. 1—53. Cicero in Catilinam orat I., II., IV., Cicero de amicitia. Cursorisch Sallust de conjuratione Catilinae mit Auswahl. Privatum Caesar de bello civili lib. I., Curtius lib. IV. mit Auswahl, Livius lib. XXII. cap. 54 bis zum Schluß, Cicero in Catil. orat. III.

8 Std. — Scotland.

Dichter: Vergil Aen. lib. I. und II., Eclog. I., III., VII., IX., Georg lib. I. mit Auswahl. Memorirt wurden Aen. lib. I. von 1—135.

2 Std. — Bowien.

4. Griechisch. Die wichtigsten Regeln der Kasus- und Modus-Lehre. Wöchentlich ein Extemporale. Gelesen wurde in der Klasse: Xenophon Memorab. lib. I., Herodot lib. I. mit Auswahl, Homer Odyssee lib. XV., XVI., XIX., XXI. von 1—130, XXII., XXIII., privatum lib. XIV., XVII. und XXI. von 130 bis zum Schluß. Memorirt wurde lib. XV. 142—181 und lib. XIX. 220—307.

6 Std. — Scotland.

5. Französisch. Formenlehre des Substantivs, Adjektivs, Adverbs, das Zahlwort, die Präpositionen, die Lehre vom Artikel. Alle 2 Wochen eine schriftliche Arbeit. Lecture: Voltaire, Charles XII.

2 Std. — Spalding.

6. Geschichte und Geographie. Geschichte des Orients und ausführliche Geschichte und Geographie Griechenlands. (Püg, Grundriß.) — Geographie der außereuropäischen Erdtheile. (Püg, Leitfaden.)

2 Std. — Spalding.

7. Mathematik. Algebra: Lehre von den Potenzen und Wurzeln, Gleichungen des ersten und zweiten Grades mit einer und mehreren Unbekannten. Logarithmen, arithmetische und geometrische Progressionen. Zinseszins- und Rabattrechnung. (Féaur, Algebra.) — Planimetrie: Ausmessung der Figuren und deren Ähnlichkeit, die regulären Figuren mit Rücksicht auf den Kreis, Kreisrechnung, geometrische Analysis. (Féaur, Planimetrie.) — Trigonometrie nach Féaur. Alle 3 Wochen eine schriftliche Arbeit in der Klasse oder zu Hause.

4 Std. — Dr. Tappe.

8. Physik. Allgemeine Körpereigenschaften. Erscheinungen der flüssigen und luftförmigen Körper. Wärme. (Koppe, Leitfaden der Physik.)

1 Std. — Dr. Tappe.

Ober-Tertia.

Ordinarius: Gymnasiallehrer Lueck.

1. Religionslehre. Combinirt mit Unter-Tertia. a. Für die kathol. Schüler: Lehre von der Gnade, den heiligen Sacramenten, Sacramentalien und vom Gebete. — Ausführliche Erklärung der gottesdienstlichen Handlungen der katholischen Kirche. 2 Std. — Schapke.

b. Für die evangel. Schüler: Erlernung und Besprechung des 4. und 5. Hauptstückes mit einigen dazu gehörigen Sprüchen und Kirchenliedern. Das Wichtigste aus der Kirchengeschichte; specieller Reformationsgeschichte. Lecture der Apostelgeschichte. 2 Std. — Vollberg.

2. Deutsch. Lecture und Erklärung poetischer und prosaischer Stücke aus dem Lesebuch von Hopf und Paulstiel für Tertia. Memoriren und Declamiren Schiller'scher, Goethe'scher und Uhland'scher Balladen, sowie einiger lyrischer Gedichte. Belehrung über den Unterschied zwischen der epischen und lyrischen Dichtungsgattung. Übungen im Disponiren, theils im Anschluß an die Lesestücke in Hopf und Paulstiel, theils an frei gewählte Themata. Dreiwöchentliche Auffäße. 2 Std. — Lueck.

